

DISSERTATIO ACADEMICA  
THRENOS JEREMIAE LATINE VERSOS  
NOTISQUE EXPLICATOS

SISTENS,

CUJUS PARTEM II:DAM,

CONSENSU AMPLISS. FAC. PHILOS. IN ACAD. AB.

PRÆSIDE

*JOH. HENRICO FATTENBORG,*

*Litter. Orient. Prof. Ord.*

PRO GRADU PHILOSOPHICO

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

*CAROLUS GUSTAVUS PFALER,*

*Stip. Publ. Satacundenfis.*

In Auditorio Jurid. die VII Junii MDCCCXV.

horis a. m. confuetis,

---

ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS,

DISSESTITATIO ACADEMICA  
PROLOGUS MECENATE RAVIANI VERSOS  
MOTRISQUE APPENDICIOS

quid est AVITATUM IN UERA  
Commissarii Universitatis LVG. Primorum et secundorum An-

NOVEMBER HENRICI RAVIANI BORG

anno MDCCLXII

et OLAU PHILOSOPHICO

CAROLUS GUSTAVUS LATER

anno MDCCLXIII

et OLAU PHILOSOPHICO

anno MDCCLXIV

et OLAU PHILOSOPHICO

*Threnorum Cap. I: mum.*

v. 6. Periit omnis filiae decus Zionis,  
 Principes ejus, velut cervi pascua non invenientes,  
 Insequentem ante viribus eunt exhaustis. 13)

C

Cala-

13) Qui imaginem, e cervis gramineos frustra querentibus  
 campos deflumtum, in ultimis hujus versiculi verbis,  
 וַיָּלֹכְדָו רַוְרַע continuare ac de venatore, cer-  
 vos illos insequente, intelligere velit, sensum quidem ex-  
 sculpit valde commodum, & si poëticam tantummodo  
 species venustatem, haud scio an nulla venustior esse pos-  
 sit explicatio, quam: *principes ejus similes sunt cervis, qui*  
*pascua non invenientes, in sequentem (venatorem) ante &c.* Cum  
 autem verbis proxime præcedentis versus צָרָע nullus subsit similitudinis vis, hoc quoque membrum, il-  
 lis respondens, proprie intelligi, seu ad שְׂרִירָה referri  
 posse videtur.

כָּאֵילִים, aliis punctis subjectis, legentes LXX.  
*Vulg.* & *Ar. Polygl.* explicarunt *نَّوْلَى*, *arietes* &  
 كَبَشَ Sed quanto nobilius animal ariete est cervus, tanto etiam  
 pulcrior oritur sensus, si vulgaria retinemus puncta.  
 Celeritas quoque fugiendi, quæ in cervis maxima est,  
 venuisti aliquid h. l. habere videtur. Fugacissimi enim  
 sunt cervi; heic autem impasti coram agente lentius pro-  
 cedere dicuntur. Quod vero ad significationem צָרָע  
 attinet, quoniam Arab *أَيْلَ* in *Fab.* LOCMAN. II. (cfr.  
 TH. ERPENII Gram. Arab. ed t. J. A. SCHULTENSII) usi-  
 tationi צָרָע vocabulo explicatur, & Scholiares qui-  
 dem MJTANABBIS apud J. SCHEIDUM illud *capram sylve-*

v. 7. Calamitatis migrationisque die pristinæ meminit Hierosolyma jucunditatis, 14)

Dum

*strem significare dicit, E. F. C. ROSENmüLLERUS (ad BOCHARTI Hieroz. T. II. p. 232) putat, אִילָה esse Gazellarum quod-dam genus. (Cfr. W. GESENII Lex. Hebr. in voce אִילָה.) Sed si vel vera sit hæc sententia, quam nunc, licet ei contraria sint lexica Arabica, Syriaca, Samaritana & Chaldaica, vocibus אִילָה, طَرَدَ, & אִילָה signifi-ca-tionem cervi tribuentia, quandiu librum ROSENmüLLERI inspicendi nobis occasio non fuerit, rejicere vix aude-mus, tamen sensus totius versiculi parum mutare valet.*

14) Cum in codice Hebreo tam raro occurrat vocabulum טְרֹוד, ut fere ad numerum τὰν ἀπαξ λεγομένων referri poscit, atque permagna sint de etymo ejus ac significatio-ne interpretum dissidia, haudquaquam ab instituto nostro alienum putavimus, si illas breviter expungeremus ratio-nes, quibus *migrationis*, quam ei adjudicavimus, vis quodammodo confirmari queat. Ut autem ab initio rem repetamus, omnium primum observasse juvat, originem vocis טְרֹוד, ad similitudinem formæ טְרֹוד, e גַּוּד dedu-ctæ, radici רֹוד a nobis esse adtributam, non autem τῶν טְרֹוד, quod a multis recentioris ævi interpretibus factum esse videmus, quo huic loco, Cap. III. 19 & Jes. LVIII. 7 aptam exsculpere valerent significationem. Adscriperunt igitur suo טְרֹוד, potissimum ab Arab. طُرُود, v. c. Ill. MICHAËLIS (*in Suppl. ad Lexx. Hebr. p. 1545 seqq.*) *confricandi, comminuendi, & JOH. SIMONIS (in Lex. Hebr. & Chald. sub voce טְרֹוד) stringendi, perstringendi notionem, ut primi-*

Dum populus ejus adversariorum cadit manu, ne-  
mine opem ferente,

C 2

Illam

geniam, atque hinc nomen מְרִיך, aut *conficitum*, *com-*  
*minutum*, i. e. *vexatum* l. *afflitum*, aut, pariter ac in A-  
rabica, ut dicunt, dialecto مَرْوُن, *perstrictionem* h. e. *ca-*  
*lamitatem* significare putarunt. Cum autem hæ *conficendi*  
ac *perstringendi* notiones, si vel primariæ sint, quam-  
quam illarum vestigia in Hebraismo frustra querantur,  
tam in Hebraica, quam in Arabica dialecto ita adhibitæ  
reperiantur, ut *rebellandi* & *contumaciter* *semet gerendi*  
*vim* τῷ מְרִיך tribuant, sine ulla idonea auctoritate *adflicti*  
& *calamitatis* significatus voci מְרוֹך adjecti videntur.  
Neque hanc eandem calamitatis potestatem, τῷ Arab. مَرْوُن  
a celeb:o SIMONIS afflītam, agnoscunt lexica Arabica; quin  
potius huic voci, ut etiam formis مَلِك & مَرِيك, *contuma-*  
*cis immorigeri* & *superbi* addunt notiones, quemadmo-  
dum & Syri *rebellem* dicunt مَلِك; Atque hinc clarum  
fit, quare in Corano epitheta sunt hæc vocabula satanæ &  
juncta legantur أَلْسِيَاطِين وَالْمُرْنَة, i. e. *satanæ* & *con-*  
*tumaces*. (Cfr. JAC. GOLII *Lex. Arab.* EDM. CASTELLI  
*Lex. Heptagl.* & JO. WILMETII *Lex. Ling. Arab. in voce*  
مرن.) — Quæ cum ita sint, מְרִיך quidem relinquere co-  
gimur; sed antea quam ad רָוֶן progre diamur, ingenuæ  
fateamur necesse est, verum nominis מְרוֹך significatum,  
ne hujs quidem verbi auxilio, ad liquidum ita perduci  
posse, ut nullus dubitationi relictus sit locus. Rarior  
etenim est illius verbi in Hebraicis monumentis usus, i-  
deoque etiam significationum vacillat fides. — Sed quan-

Illam iidem adspectant hostes, interitum ejus ridentes.

v. 8.

tum tamen, partim e linguae Arabicæ thesauris, partim e perpaucis illis, ubi forma quædam verbi רוד legitur locis, quorumque ad summum quatuor numerare solent interpretes, (cfr. JO. AUG. DATHIUS ad Hos. XII. 1.) videl. Genes. XXVII. 40, Ps. LV. 3, Jerem. II. 31 & Hos. XII. 1, colligere licet, omnium verisimillima videatur discursandi notio, atque ab illa facillimum ad magni significationem esse transitum nemo forsitan negabit. Arabum enim أَرْوَادُ in 1:a conj. idem valere ac ultro citroque moveri, pabulatum aquatumve ire, (v. c. apud HARIR. Conses. I. p. 6. edit. ALB. SCHULTENSI, Fran. 1731: أَرْوَادُ فِي مَسَاجِدِ الْمَحَانِي i. e. pabulabar per pascua, quo vibrabant se oculi mei) huc illuc discurrere & commicare, & in IV:a leniter incedere, adeo notum est, quam quod notissimum; Atque cum formarum רְוִדָּה, אַרְדָּה, וְרָדוֹן, אַרְדָּה & רְרֵדָה locis occurrentium, a derivatio etymologizæ legibus contrarium nihil contineat, quod idem de forma רְרֵדָה quoque affirmare licet, tanto minus huic verbo eadem vagandi ac hinc deducta magni potestas denegari potest, quanto certius constat, hanc significationem omnium, quas propofuerunt Lexicographi, unicam esse, quæ illa saltim sese commendet facilitate, ut si vel omnibus locis, ubi dictæ occurrint formulæ, adhibeatur, expeditum tamen reddere valeat sensum. — Sed laudata illa heic apponere lubet loca; quia sic argumenta, ex ipsa contexta orationis serie deponita, majorem forsitan vim habebunt ad fidem propositæ conjecturæ conciliandam. Dolenti Elavo atque ut illi quoque bona precaretur expostulanti pater dicit Genes. XXVII.

v. 8. Gravissime peccavit Hierosolyma igiturque  
fedibus oberrat incertis;

Qui

---

40 Iacob: gladio tuo vitam sustinebis, sed fratri tuo ser-  
vies; וְהַיָּה כִּאֵשׁ תַּרְוֹר וְפֶרְקָת עַל־  
(per campos) discursaveris, ut jugum ejus disrumpens e  
collo executias. Non solum structura orationis, verum po-  
tissimum Iacobi futura Elavi posteriorumque ejus fata figu-  
rarum involucris prelagientis animi terror postulare vi-  
detur, ut forma תַּרְוֹר, quo idem sermonis figurati ser-  
vetur tenor, dictioni פְּרָק עַל, quæ de junctio ferociente  
ac jugum frangente dicitur, respondentem hoc loco tuea-  
tur significationem; quare in incitata hac oratione, satis,  
ex nostro quidem tenu, frigente cel. GESENII (l. c. in  
voce רְוֹר) explicatione: "wenn du es darauf anlegst — es  
durchzusetzen suchst — strenue agis": indomiti jumenti col-  
lum jugo submittere renitentis camposque pererrantis notio  
vocabulo חַרְדֵּךְ subesse putamus. Ex eadem palandi po-  
testate commodus quoque exsilit sensus Ps. LV. 3, ubi  
gravissima mentis ægritudine affectus David in tristia hæc  
erumpit verba: אַרְיךָ בְּשִׁיחִי וְאַהֲיֵתָ i. e. errabundus  
in dolore meo vagor ac discurso. Cum autem הַוָּמָן, vel  
potius הַרְמָם, vagari significet, quod Arab. حَرَمٌ præ a-  
more, morbo, siti aliave causa furibundus palavit v. c.  
camelus, firmissime probat, in primis e parallelismi legi-  
bus hoc loco conficitur, רְוֹר eadem vi pollere. Neque  
idem ille parallelismi rigor nos non movet, ut τῷ  
ad Jerem. II. 31 eundem adjudicemus significatum. Je-  
hovæ infidelitatis ac dissidentiæ Judæos incusant hæc  
vates tribuit verba: an ego (Jehova) desertum fui Israelli-

Qui illam honorarunt, quia nuditatem ejus vi-  
derunt, nunc contemnunt,

Et

מְרוֹעַ אָמֵרָו עַמִּי רְדָנוּ לֹא  
נִכְוֹא עַזְּזָא לֵירָא  
לֹא נִכְוֹא אֶלְיָה  
רְדָנוּ וְיִם τῷ heic esse adjiciendam. —  
Difficillimus omnium locus est Hos. XII. i. Objurgante  
voce hoc modo Judæos increpat propheta: circumdederunt  
me mendacio Ephraim & fraude Israel, וַיְהִי־רָדָם  
רְדָם אֶל וְעַמִּקְדְּשִׁים נִתְּנָן  
atque Iuda adhuc erra-  
vit a Deo & a sanctis fidelibus. Cui explicationi quidem  
obstat, quod durior in vocula מְרוֹעַ statuenda sit ellipsis  
præfixi מְ, scil. מְעַם pro עַם, aut legendum נְאָלָה pro  
אל וְמְקֹדְשִׁים & עַם אֶל  
probat J. A. DATHIUS l. c. Sed sive hanc admittas in-  
terpretationem, sive conjecturæ Ill:mi MICHAËLIS (l. c. p.  
2243) adsentiaris, e notione pabulandi, quæ in עַמִּי inest,  
adhuc Iuda incedit cum Deo &c. h. e. Deum nondum dese-  
ruit explicantis, seu tandem cum N. G. SCHROEDERO (in  
Obss. ad Origg. Hebr. C. I. §. XI. p. ii) ejusdem ver-  
bi potestatem in hoc illuc agitando & versando ponas at-  
que, translatione ad animi levitatem & inconstantiam facta,  
sensum loci sic constitutas: etiam Iuda adhuc ultro citro-  
que vagatur cum Deo &c.; (cfr. E. F. C. ROSENMÜLLERI  
Schol. in V. T. P. VII. Vol. I. p. 360) idem tamen sem-  
per retineri posit in רְדָם vagandi significatus. — Neque  
nos multum movet, quod veterum omnium, Chaldaeum  
ad Jerem. II. 31, si exceperis, sententiæ nostræ contrariam  
habeamus auctoritatem; quippe quoniam illa nec libi con-  
stans est, nec inter se consentiens. Qui enim formarum

nostrarum alias nunc hoc loco τῷ ῥῶ, nunc illo τῷ ῥῷ  
 tribuerunt, iidem nonnullas illarum, diversis in locis,  
 ad aliam, nescio quam, originem retulerunt, atque ita sensum  
 earum expresserunt, ut potius conjecturis inhæfisse  
 quam ipsas voces intellexisse putandi sint. Sic v. c. *Arabs*  
*Polygl.* תְּרוּד, *Gens.* XXVII. 40, ε ῥῶ deducens, ex-  
 plicat אֲסַתּוֹלִיבֵת, i. e. dominatus es; eum autem אָרוֹד,  
*Pj.* LV. 3, interpretatur حَزْنَتْ, i. e. contristatus sum,  
 וְרָדוֹן, *Jerem.* II. 31, أَنْسَعْتُكْ i. e. non subjiciemus nos,  
 (an a ῥῷ?) & denique עַד רְעֵם אֶל, *Hos.* XII. 1,  
 اللَّهُ أَلَّا أَعْرِفُمْ أَلَّا i. e. nunc cognovit illos (scil. Judam &  
 Ephraim) Deus, luce clarius est, illum de radice ῥῶ  
 nihil amplius cogitasse, sed posterioribus his tribus locis,  
 aut alter legis, aut conjectura tantummodo sensum ver-  
 borum assequi adnisi fuisse. Eodem quoque modo va-  
 cillant *Syrus* & *LXX*, quatuor hæc loca hoc modo ex-  
 plicantur: οὐδὲν δέ, i. e. si poenitentiam egeris, ἡμίναι ἐστιν  
 καθέλης, scil. τὸν ζύγον: οὐδὲν δέ, h. e. Εἴ converte te, scil.  
 ad clamores meos, ἐλυπήθην, οὐδὲν δέ i. e. descendemus, ἐν  
 κυριευθησόμεθα, l. δὲ δουλευθησόμεθα tandemque οὐδὲν  
 descendit, νῦν ἔγγων ἀντέστι οὐ Θεός.

Ut autem ad ipsius, de qua nunc in primis dispu-  
 tamus, formæ מְרוֹד significationem redeamus, tanto minus  
 ei migrationis vim abjudicare possumus, quanto magis  
 apud nos valent argumenta pro vagandi & migrandi po-  
 testate in radice ῥׂוֹד stabilienda jamjam allata, quanto-  
 que aptior & ad sensum accommodationior nobis videtur hæc  
 vocis nostræ vis, tum in hoc Threnorum loco, tum etiam

*Cap. III. 19 & Jes. LVIII. 7.* Exiliis enim, ut vocatur, Babylonici milierias tuis elegiis plangit Jeremias, ac cum vers. 30 dixerit, Judææ incolas in alienas regiones transmigrasse exterisque inter gentes commorari, in hoc autem florentem olim reipublicæ statum afflictis hisce rebus opponat, vix aliud, quam *migrationis* reperire potuit vocabulum, quod magnitudinem praesentis infelicitatis fortius exprimeret cuiusque vis vehementius tum in ipsis, tum in civiam ageret animos. Eadem etiam est cum serie orationis *J. s. LVIII. 7* contensio, si *vagi*, aut *migrantis ἀσέγες* hominis vis מְרוֹדָה adjicitur. Annon, ita enim loquenter J-hovam inducit divinus ille vates, (*illud jejuniū mihi placebit*), ut *esurienti panem tuum præbeas*, וְעַנְיִים מְרוֹדָה תְּבֵיא בֵּית, *egenosque errantes in domum recipias?* Quo in loco, quid, quæsumus, cum *טרורים* תְּבֵיא בֵּית magis concinit, quam ut *homines esse defēctū domum errantes vagosque dicamus?* His autem omnibus argumentis id accedit, quod quamquam veteres Intt. in significatione verbi רַיֵּן definienda, ut supra ostendimus, ad modum vacillantes sunt, atque pari modo in voce מְרוֹדָם interpretanda incerti fluctuant, dum illud explicant nunc *recedentes, rebellionem, prævaricationem, ἀπωσμὸν & dominantes*, (quæ Arabis, Syr. Vulg. & Chald. sunt h. l. explicationes; cfr. B. WALTONII Bibl. polygl.) nunc *persecutionem, punitionem, transgressionem, διωγμὸν & amaritudinem*, (ut iidem fecere Intt. ad Thren. III. 19) aut, עַנְיִים & *טרורים* junctim legentes, *pau- peres tecto carentes, πτωχὲς ἀσέγες* (ut Arabs & LXX ad dictum Jesaiæ locum) interpretantur; tamen in cerebra hac illorum inconstancia apud quosdam saltim vestigia ipsius, quam defendere ausi sumus, migrandi in רַיֵּן ac *migrationis* in מְרוֹדָה vim reperire licet. — Chaldaeus etc.

nim רְדָבָן, *Jerem. II. 31*, in suum sermonem transtulit אַתְלָטָלָנָא, i. e. *migravimus*, & מְרוֹרִים, *Jes. LVIII. 7*, מְתַלְלָיוּן, h. e. *migrantes*, cui in posteriori loco contentiunt *Syr.* suo حَسْبَنْ, i. e. *hospites*, l. *peregrini* & *Vulg.* qui *vagos* explicat.

Hæc fere sunt, quæ de origine & significatione vocis מְרוֹר dicere habuimus. Quod si quis autem, cui hæc non placeant, quia, ut antea jam diximus, nonnulli Intt. verbales illas formas, a nobis τῷ ῥῶ adtributas, ad γέρων retulerunt, nostrum quoque ῥῶ, ab eadem radice derivans, *descensum* l. *depressionem* interpretari, atque hinc calamitatis aut miseriae vim eruere velit, tum formæ, tum primigeniæ significationis insolentiam sibi contrariam habebit. Majori utique veritatis specie admittenda esset *persecutionis* potestas, ab Æthiop. *rawada*, ejusdem ac στριπτιονis, *persecutus est*, (cfr. ED. CASTELLI *Lex. Heptagl.*) unde etiam *Thren. III. 19* interpretantur, *Arabs طَرَنْ* i. e. *persecutionem* & *LXX διώγμον*. Sed quamquam Æthiopica illa radix ejusdem esse originis ac *Hebr.* γέρων videtur, illius tamen significatio *Hebræo* vocabulo obtrudenda non est, quamdui non solum nullum hujus notio-  
nis vestigium in ipso verbo *hebræo* deprehendi posit, verum etiam aliam eamque certiorem ejus ibidem indicet usus. Quod denique ad *ploratus planctusque* significatum, quem τῷ γέρῳ addere solent *Judæorum magistri*, attinet, illa, nullo linguarum orientalium usu, e constru-  
ctione vocis *Psi. LV. 3* efficta est. —

¶ omnes quidem antiquioris ævi Intt. sine præfix, נ expresserunt, nec ulli codices msc. aliter legunt; at cum

Et ipsa gemit retroque refert pedem. 15)

v. 9.

sensus tamen orationis tale supplementum poscere videatur, illud heic subjungere non dubitavimus, quod etiam a multis aliis factum esse videmus. Cfr. J. D. MICHAËLIS *Obsr. in Jerem. Vat. & Thren. ed. J. F. SCHLEUSNERI p. 409.*

**מִשְׁבַת** *interitum* explicavimus, non quidem quod existimemus hanc unicam esse interpretationem, quæ ex originali radicis **שְׁבָת** potestate elici possit; — ita etenim explanat CAPELLUS in nott. critt. ad h. l. vocem nostram, ut sit *cessatio*, i. e. quod nunc terra ejus deserta est nec colitur & quasi cessat & feriatur (cfr. MICHAËLIS *Obsr. citt.*) — sed quoniam illa ad sensum exprimendum accommodatissima videtur. Neque non usui verbi **שְׁבָת** innititur hæc explicatio. *Cessare* etenim, finem habere & in Hiph. finem facere, removere, abolere hoc verbum significare etiam impietiores linguae hebreæ norunt. Cfr. *Genes. VIII. 22. Deuteron XXXII. 26. Jes. XXIV. 8. Ezech. XXIII. 27.* Habent quidem LXX. *επὶ κατομέσις αὐτῆς, α τὸν λόγον,* aliis punctis subjectis, aut ex Aldin, & Complut. *μετομέσια*, forte a **שְׁבָת**; quemadmodum etiam ingeniosa est Ill:mi MICHAËLIS in metaphraesi Germanica explicatio: *wenn sie in Ohnmacht sinkt, ab Arabico, ut ipse (in Obsr. citt.) fatetur, سَبَقْتْ sopore correptus fuit & بَعْدَهُ animi deliquium patiens;* sed cum LXX puncta mutare neeesse non habemus, & Ill:mi MICHAËLIS conjectura Hebraicæ linguae usui repugnat.

15) Dubii hærent Intt. in voce נִירָה explicanda, cum non solum originis diversitas duplex esse possit, verum etiam